



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Art. VI. De Trinitate personarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

Tim. 2. Specialius autem adhuc apparet in *Prædestinatione* *Electorum*, quæ nihil aliud est, quàm efficax decretum transmittendi quosdam in tempore ad æternam beatitudinem; unde effectus illius sunt gloria æterna, gratia finalis, justificatio, actus meritorii, vocatio ad certum statum, creatio, & dona naturalia, ipsaque etiam peccati permissio, quatenus fit ex complacentia securitæ salutis. Et si verò si de tota prædestinatione loquamur, nulla illius causa præcessit, & id ipsum etiam de inæquata prædestinatione ad gloriam quam plurimi doceant Theologi, non desunt tamen, qui probabiliter hanc ex prævisis meritis fieri, sat efficacibus argumentis demonstrare conantur. Sicut autem datur aliquorum Prædestinatio, ita etiam aliquorum Reprobatio admittenda est, quæ nihil aliud est, quàm actus divinæ Providentiæ, quo damnandi ab æterna beatitudine excluduntur, etque duplex, *negativa* scilicet, & *positiva*; illa est, quæ Deus negat auxilia efficacia ad salutem consequendam; ista est voluntas positiva excludendi à beatitudine; unde non fit, nisi præsupposito peccato, quam præsuppositionem tamen non requirit negativa reprobatio.

ARTICULUS VI.

De Trinitate Personarum.

I. Q. 1. *Quid de hac Trinitate præcipue sciendum sit?* Resp. tria potissimum, scilicet *Distinctio*, *Processio*, & *Missio*.

II. Q. 2. *Quid de distinctione sciendum sit?* Resp. sciendum tres esse Personas Patris, Filii, & Spiritus Sancti, distinctas quidem à se realiter, non autem ab Essentia seu Natura divina, atque adeò æqualem esse omnium gloriam, & Majestatem coæternam, ita ut qualis sit Pater, talis sit & Filius, & talis Spiritus Sanctus, quemadmodum in Symbolo Athanasii dicitur.

III. Q. 3. *Quid de Processionibus sciendum?* Resp. sciendum esse, duas dari processionibus passivas in Trinitate, priorum priorum Filius à Patre generatur, scilicet per cognitionem Essentiæ & rerum possibilium & ideo hæc processio vocatur *generatio* & *Filiatio*, eò quòd sit origo viventis

tis à vivente veluti principio conjuncto in similitudine
 turæ; per posteriorem processionem Spiritus Sanctus à Pa-
 & Filio procedit, dum per amorem illorum mutuum
 tur; hinc processio talis *Spiratio passiva* appellatur, con-
 parte Patris & Filii *Spiratio activa* utrique communis & con-
 liter distincta responder; sicut & generationi passivæ
 seu Filiationi in Patre generatio activa seu Paternitas re-
 spondet. Et de his duabus processionibus intelligendum
 est, quod in Symbolo S. Athanasii per sequentia verba
 catur: *Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus;*
Filius à solo Patre non factus, nec creatus, sed genitus; Spiritus
Sanctus à Patre & Filio non factus, nec creatus, nec genitus,
sed procedens. Hinc sedulo cavendum, ne unquam dicatur
 in abstracto Naturam seu Essentiam divinam generare, spirare
 &c. sed in concreto tantum dicatur: Deus generat, spirat
 Pari modo non sunt usurpandæ ejusmodi propositiones: *Pa-
 ter causat Filium aut Spiritum Sanctum:* quia hi termini
 significant effectum realiter adæquatè distinctum à produc-
 te, qualis distinctio non reperitur inter Patrem & Filium.

IV. Q. 4. *Quid de Missione Personarum sciendum sit?*
 Resp. 1. sciendum, per Missionem hoc loco aliud nihil in-
 telligi, quam apparitionem temporalem Personæ proce-
 dentis; seu, ut alii clarius describunt, processionem Per-
 sonæ cum habitudine seu connotatione temporalis effectus.
 Resp. 2. sciendum, Missionem hanc communiter in
 tem, quæ fit ad terminum sensibilem (quo modo Filius mis-
 sus est ad Naturam humanam assumendam) & *Invisibilem*,
 quæ fit interno & spiritali modo (qualiter Spiritus Sanctus
 in animas; caritate replendas mittitur) dividi. Resp. 3.
 Ut tota hæc materia de Trinitate aliquo modo clarius ex-
 gnoscatur, non parùm profuturum, si sequens sistema præ-
 dicatorum ad unum ac Trinum Deum concurrentium locum
 dum nostrum modum concipiendi factum bene penetraverit.
 Et 1. quidem concipiatur Essentia divina ut ens à seipso.
 Ut actus primus Intellectivi, in quo prædicato Essentia, est
 certè juxta alios Natura Dei consistit. 3. Ut actualis Operati-
 divina, eique Attributa Sapientiæ & Scientiæ Dei idem
 cantur. 4. Ex Essentia sic concepta oritur volitio activa

accessaria, cui formaliter ex parte objecti misericordia, Justitia, Liberalitas &c. identificantur, 5. Concipitur Deus ut concretum substantiale significans determinatè Naturam, indeterminate verò Personalitatem hanc vel illam; & ut sic conveniant illi prædicata Justi, Sapientis, omnipotentis &c. 6. Determinatè & virtualiter ex Natura divina quasi emanat Paternitas velut prima Personalitas. 7. Realiter a Patre per dictam Paternitatem seu generationem activam producit Filius unius cum Patre Naturæ, sed Personalitatis diversa. 8. Filius in esse Filii constituitur per Naturam sibi communicatam & Filiationem productam; ratione autem nostra concipitur primò actu intelligere, dein subsistere, procedere ab alio, acquirere relationem, & notionem Filiationis (quæ nihil est aliud, quàm eadem entitas, quæ præbet stabile fundamentum distinguendi Filium à Patre Personis) item volitionem & spirationem activam. a Patre & Filio concipitur procedere Spiritus Sanctus, cui a parte rei constituitur per volitionem & spirationem passivam; juxta rationem verò nostram concipitur primò ut volitio actualis, deinde ut volitio subsistens, ut relatio spirationis passivæ, ut notio Spiritus Sancti, ut accipiens à Patre & Filio Intellectionem & reliqua Attributa essentialia Intellectioni identificata. Denique his positis ex omnibus tribus Personis confurgit relatio similitudinis & æqualitatis inter tres Personas: deinde perfectio immanentis seu circumfessionis, quâ singulæ Personæ intimè conjunguntur. Postea formantur ab omnibus Personis simul sumptis decreta libera circa complendas Personarum Missiones per productiones ad extra, statuiturque, quænam ex creaturis possibilibus suo tempore produci debeant, vel non debeant, actûque tandem producantur, & ad suum finem diriguntur.

V. Ex quibus omnibus patet 1. quomodo quævis Persona secundam rationem nostram definiri possit, nimirum quòd Patre sit Persona divina, quæ primariò terminat Intellectionem & Volitionem: Filius sit Persona, quæ primariò terminat Intellectionem, & secundariò volitionem: Spiritus Sanctus sit Persona, quæ primariò terminat Volitionem, & secundariò Intellectionem. Patet 2. Universalem hanc regulam & distinctionem in Deo rectè à Theologis assignari: *Nullus*

in Deo admittenda est realis distinctio, nisi ubi obviat relationis oppositio. Unde inferunt, Filium non fore distinctum à Spiritu Sancto, nisi hic ab illo simul & Patre procederet.

VI. Q. 5. Quis fructus ex hoc capite de DEO erit & uno sit hauriendus? Resp. triplicem præcipue hauriendum esse. Primus est, ut sublimis de Deo aestimatio, admirationeque concipiatur, atque exinde animus ad laudandum glorificandumque tam excelsum & præpotentem Deum excitetur. Secundus est, ut magna cum reverentia & timore quisque in conspectu DEI ambulare, debitumque servitium per mandatorum illius accuratam & celerem executionem exhibere studeat; si enim de simili reverentia Angelis præstanda locutus S. Bernardus dixit: *In omni angulo Angelis reverentiam habe, nec audeas illo præsentem, quod me præsentem facere non audeas*: quanto magis de DEO ubique præsentem & omnia etiam intima perscrutante hoc dictum quisque applicare debet. Tertius est, ut, quales impetus quosque habebat ad Mundum, tales deinceps habeat ad Artium Mundi, atque ad eorum suum amorem ad infinitam eorum bonitatem amandam convertat, quemadmodum sapienter S. Augustinus lib. de Spir. & anim. cap. 64. hortatur dicens: *Quid vagaris, o Homo, per multa, quærens bona anima & corporis tui? ama unum bonum, in quo sunt omnia bona.* & sic ait: *Desidera simplex bonum, in quo est omne bonum.* & sic fit.

CAPUT II. DE ANGELIS.

Sæx potissimum capita de Angelis scienda sunt, nimirum
1. Existentia & natura Angelorum. 2. Multitudo & diversitas illorum. 3. Potentiæ eorumdem. 4. Via illorum. 5. Peccatum & poena. 6. Custodia & ministerium, de quibus in sequentibus articulis pro instituto breviter agetur.

ARTICULUS I.

De Existentiâ & Natura Angelorum.

I. Q. 1. An de facto dentur Angeli? Resp. I. de facto